



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Restitui cui, quantum quomodo quando debeat

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

filiorum, &c. quæ occisus restituere tenetur, mortuo enim viro, prius deducenda sunt debita, deinde emolumenta uxoris & filiorum. Negat Lessius dub. 26 num. 151. magis ex usu, ac etiam probabilitate; tum quia damnum creditorum cum homicidio debitoris per accidens quoque conjungitur, quia non ex natura sua, nec ut plurimum coniugi sollet. Tum, quia ius creditorum non erat in personam, nisi quoad bona, quæ habebat, vel verisimiliter erat habitus: quare cum bona actualia transeant ad hæredes, & occisor restituat eis lucra cestantia, ad eos quoque transire debet ius creditorum. Sanè absurdum esset omnes qui cum aliquo contrahunt, acquirere ius iustitiae in eius inimicum, ne illum occidat. Et illis imputari debet, si non sint oculati in contrahendo cum cautione sufficiente. part. 3. tractat. 6. resolutione 54. & part. 5. tractat. 4. resolutione 57.

*Et si non ad-  
fuit culpa,  
nihil resti-  
tuendum est.*

14. Ex homicidio porrò inculpabili nulla restitutio est facienda, ut diximus verb Restituere, num. 9. Sive commissum sit in iultam defensionem, sive ex inadvertentia inculpabili. Si tamen aliqua venialis negligentia intervenisset, parva aliqua restitutio facienda foret, ut pre- cū & sacrificiorum pro anima occisi, &c part. 5. tr. 4. resol 44.

### R E S T I T U T I V I Cui, quantum, quomodo, quando absent.

Restitutio se-  
ri debet illi,  
cui damnum  
illatum est.

Et si illatum  
per plusibus  
restitundā.

Vt si per  
fraudē facta  
effet, ut di-  
gnus non ob-  
tineret bene-  
ficium, sed  
indignus.

15. **R**estitutio in primis facienda est iis, quibus damnum illatum est. Et quidem si restitutio facienda est ex impedimento malitioso & fraudulentio boni alieni, restitui debet illi, cui bonum impeditum est. Et contin- gere potest, ut iniquus impediens te- netur restituere duobus totam assēm, si una actione impeditivit bonum duorum. Qui enim vi vel fraude efficeret, ut beneficium, vel officium non conferre- tur digno, sed indigno, teneretur resti- tuere, non solum Ecclesiæ, vel Reipu-

publicæ damna, quæ patitur ex defectu boni ministri, sed etiam digno emolu- mentum beneficii, vel officii, quo illum privasset. part. 3. tractat. 6. resolut. 3. 5. Sexto. Et mandatarius donationis facie- dax, vel manifestandæ, qui consignatio- nem, vel manifestationem, usq; ad mor- tem donatoris malitiosè differret, tene- retur rem donatam, non solum donata- rius, sed etiam hæredibus restituere: illi Aut donatio- quidem, quia voluntaria dilatione pri- non insinua- vasset eum emolumēto, quod esset, alias retur à man- percepturus; his verò, quia cum manda- datario usque tum donationi, per donatoris mortē ex- ad mortem piraverit, rei dominium transiasset ad il- donatoria. los, Molina tom. 2. tr. 2. disput. 2. 63. num. 7. par. 6. tr. 7. resp. 4. Si autem impediēs col- lationem officii, vel beneficii non adhi- buisset fraudem, aut vim, non teneretur restituere digno, sed tantum Ecclesiæ, vel Republicæ, part. 3. ubi supra § Tertiō. Et Auctor cas Bonon. probabiliter etiam excusat mandatarium donationis à re-stitutione facienda hæredibus, quia sā verb. Donatio, n. 21. dubitat, an manda- tum donationis, cum sit gratiosum & fa- vorabile, expire morte mandantis. ref. 4. mox citat.

16. Restitutio ex homicidio titulo ex- pensarum in curatione, &c. debetur hæ- redibus sive necessariis, sive non: quia ad illas habebat ius occisus ante mortem, & in iuribus debitorum realium defun-ctis succedunt hæredes etiam extranei. Homicida expensas in- firmitatis te- netur resti- turre quibus- cangue hæ- redibus.

17. Titulo autem alimentorum, que debebantur ab occiso, facienda solum hæredibus necessariis, nimirum paren- tibus, filiis, & uxori. Beccanus in 22 q. 14. Et si revera concl. 3. Imm̄d, si uxor æquè commodis detrimentum postea nuptiis posita esset, nec ullum passi sunt. Alimenta au- tem non nisi necessarii. Et si revera concl. 3. Imm̄d, si uxor æquè commodis detrimentum postea nuptiis posita esset, nec ullum passi sunt. passa detinētum, nec illi aliquid resti- tuendū fore ait. Filius eius tom. 2. tr. 38. c. 2. n. 207. & novissim Trull. in decalog. t. 2. lib. 7. c. 8. num. 3 & Vvigers tr. 5. cap. 3. dub. 8. n. 23. & idem de parentibus, si vel illos filios occisus non alebat, vel illis aliunde postea profectum esset. Et Tannerus tom. 3. dis. 4. q. 6. dub. 4. n. 122. probabile putat: quod si occisor de resti- tutione facienda non convenit cū occiso. Hhhh ante

ante mortem, & necessarii ejus hæredes, alimentis non egent, nullam restitutio-  
nem facere tenetur ante sententiam, quamvis Sanch. restituendum his dicat,  
etiam si sint divites in opere tom. 1. lib. 1.  
c. 4. dub. 3. n. 9. Quid vero occisor non  
teneatur creditoribus, amicis, & familia-  
ribus occisi, dictum est, num. 11. part. 5.  
tract. 4. resol. 59. & ex parte olim, part. 3.  
tr. 6. resol. 22.

*Quibus re-  
stituendū sit accepta,*

18. Cui facienda sit restitutio rei benē  
re quis teneatur ex re accepta. Rei autem  
benē, vel ma- malē accepta fieri debet verō domino,  
lē accepta vel hæredibus, si mortuus sit, & si do-  
minus nesciebat, pauperibus, & hic ha-  
bet locum Bulla Compositionis. Vide  
verb. *Bulla Compositionis*, ubi inventes, an  
per Bullam hanc componi possit restitu-  
tio facienda à vendoribus uteribus  
falsis ponderibus & mensuris, & à Sena-  
toribus civitatis fraudantibus pretia  
frumentorum, &c.

*Ratione con-  
tractus ini-  
qui, puta cū  
Religioso,  
restitu de-  
bet.*

19. Ratione contractus iniqui, qui ac-  
quivisset per ludum v. gr. cum minore,  
puta Religioso, aut filios familias, satis-  
faceret restituendo eidem, secundum  
Villalobos tom. 2. tract. 28 diff. 5. num. 11.  
quia non tenetur ponere rem v. gr. con-  
ventus in meliori statu, quam ex quo ad  
ipsum pervenit, ut de eo, qui emisit à  
latrone, diximus verb. *Emere*, num. 12.  
Nisi quod si inde daretur minori occa-  
sio iterum ludendi, vel aliter peccandi,  
charitas obligaret ad non illi restituendū, sed conventui. part. 3. tractat. 3. re-  
solut. 98 §. Sed si aliquis. † Verum Cle-  
mens VIII. in *Bulla de largit.* mun. statuit  
accipientes munera à Religiosis in ca-  
sibus prohibitis, teneri ea restituere  
conventu: quem novissime Urbanus  
VIII declarat esse illum, de cuius mu-  
nere data sunt, vel qui est proximior  
loco, in quo hujus peccati absolutio pe-  
titur. †

*Eleemosyna  
sunt pauper-  
tate quesita,  
iis, qui illam  
dederunt.*

20. Restitutionem eleemosynarum à  
paupere facta Sotus docet faciendam  
esse ipsiusmet dantibus, quia dominium  
carum remansit apud illos, lib. 9. q. 7. art.  
3. & hanc opinionem sequitur Granado  
in eleemosynis magnis quas solum esse

restituendas nobiscum tenet, ut diximus  
verb. *Restituere*, num. 30. Sed Villalobos  
tom. 1. tr. 22. diff. 9. n. 4. tenet, faciendam  
esse pauperibus, quia talis præsumitur  
illorum intentio, & ita tenet Molina si  
eleemosynæ multæ & parvæ sint. *disput.*  
1. *tractat.* 2. *disput.* 210. num. 4. tum quia  
domini difficile cognoscerentur, tum  
etiam, quia parvum illis emolumentum  
afferet, secus verō in eleemosynis ma-  
gnis, immò absoluē sententiam Sotii in  
rigore meliore esse, Palaus videtur tom. 1.  
*tract. 6. diff. 1. punct. 14. n. 7.* cum utram-  
que opinionem probabilem existimet,  
consequenter afferit, restitutioñem &  
dantibus, & pauperibus fieri posse, p. 5.  
*tract. 8. resol. 22.*

21. † De quantitate restitutioñis fa-  
ciendæ magna ex parte dictum est cum  
quis restituendum sit dixerimus. Hic  
inquirendum supereft, quantum resti-  
tuendum sit in dubiis de damno dato, &  
pro lucris incertis. †

22. Iraque, damnificantem culpabiliter  
in seminibus & plantis, si quidem incisis  
& recollectio erat proxima, omnes fru-  
ctus restituere debere, ac si essent matu-  
ri, deductis expensis, ait Sayrus lib. 10 tr.  
4. c. 1. n. 6. secus si à maturitate multum  
aberant. Alii alias afferunt distinctiones.  
Supra omnes placet Lessius, qui lib. 1. c.  
11. dub. 19. absolute afferit, satis esse resti-  
tuere estimationem temporis, quo dam-  
num illatum est. part. 3. *tractat. 6. resolue-*  
*tione 6.*

23. Impediens per se & fraudem ne  
aliquis, vel aliqui beneficium conseque-  
rintur, teneretur singulis, quantis pes alieni?  
illorum valebat; arbitrio boni viri. part.  
3. *tract. 6. resol. 33. §. Quinto, & § Septimo.*  
Idem dic de impidente per fraudem, ne  
quis pescaretur, aut venaretur. *Ibid. §.*  
*Ottavio.*

24. Homicida personæ utilis, puta  
opificis, tenetur restituere hæredibus spē artificis?  
lueri, taxandam ex astate, valetudine,  
solicitudine, & aliis circumstantiis per-  
sonæ, loci, & temporis; detrahendo ali-  
quid ratione incertitudinis, quia lucrum  
in spe, quia multis variis impediri po-  
test, minus censetur, quam luctum in re.  
Ita

Ita D. Thomas in 2.2. quest. 62. artic. 2. ad  
1. Et quidem aetate in existimo cum Be-  
cano. Ibidem quastio ne 8. conclus. 1. men-  
surandam esse juxta dispositionem juris  
civilis in l. compensationi. ff. de leg. falcid  
quod singens hominis vitam futuram  
fore sexagenariam, compensationem fieri  
mandat per id tempus, quod dempta  
aetate occisi, ad sexagenarium superest.  
Aliqui vero hanc dispositionem non ad-  
mittunt: nam ex ea inferri dicunt, quod  
occidens sexagenarium ad nullam resti-  
tutionem teneatur, cum ille alioqui poterit  
esse validus, & adhuc multum vi-  
cturus, quod est absurdum. Utique au-  
tem Doctores convenient, quod muti-  
lator solum teneatur solvere annuatim  
lucrum cessans propter membrum ab-  
scissum, vel debilitatum, part. 5. tractat. 4.  
resol. 53.

25. Facta porro taxatione lucri ces-  
santis, detrahendum aliquid ab ea est  
pro victu & vestitu ipsius occisi. Et quā-  
vis probabile sit, nihil detrahendum est  
pro molestiae & laboris estimatione, ut  
ait Lessius cap. 9. dub. 19. num. 125. si eis  
impedias aliquem a labore unius dici,  
teneris restituere totum lucrum absque  
deductione laboris, quia opifex voluisse  
laborare & lucrari: & saepè lucrum  
non est majus, quam estimatione ipsa la-  
boris, ut in artificiis, quae multū laboris  
requirunt, & parum in industria: probabile  
nihilominus est detrahi aliquid posse,  
etiam pro estimatione laboris, arbitrio  
prudentis, ut ait Rebellius, part. 1. lib. 3.  
quest. 13. numer. 2. part. 3. tractat. 6. resolu-  
tione 53. & part. 5. tractat. 4. resolutione 53.  
§. Secunda.

26. Reliqua summa non tota restitu-  
enda est, si homicidium fuit casuale, et  
iam cum lata culpa commissum; sed pars  
arbitrio viri prudentis, secundum Syl-  
vest. verb. Restitutio 3. quest. 2 part. 5. tract.  
4. resol. 46. in fine, & secundum Fernan-  
dez part. 1. cap. 14. §. 1. num. 7. dimidium.  
Ibid. resolut. 46. in fine. Contra vero, ex  
modo occidendi magis injurioso, nihil  
plus restituendum est. Azor. part. 3. lib. 3.  
cap. 3. q. 3. contra Sotum lib. 4. q. 7. art. 3. ad  
3. Ibidem resol. 53. §. Notandum.

27. Nota hie, quod stante difficulta-  
te maxima in his casibus, decidendi gnum.  
quænam restitutio ad æquitatem re-  
pondeat, sanum consilium esset, conue-  
nire inter se partes de aliqua summa, re-  
mittendo invicem, si quid plus debea-  
tur, aut detur. Ibid. §. Verum, in fine.

28. Dubium, an suum consilium fur-  
ti, vel homicidii causa fuerit, probabile  
neatur du-  
est ad nihil teneri, ut diximus verb. Refi-  
bius, num  
tuere, num. 14. Sed stando in contraria damnum al-  
sententia, sufficeret restituere partem teri secutum  
damni pro quantitate dubii post per-  
actam diligentiam remanentis. Molina consilio?  
tom. 3. disput. 736. num. 6. contra Mer-  
lam, qui tom. 1. disputat. 3. cap. 3. coroll. 6.  
numer. 44. tenet restituere debere inte-  
gium damnum, part. 3. tract. 5. resol. 84.  
§. Notandum, & part. 4. tract. 3. resol. 28. ~  
§. Verum.

29. Qui suo suffragio conclusit rem Vel suffra-  
injustam, tenetur ad totum dampnum. gio?  
Vide verb. Parlamentum, nu. 2. Ad idem  
de militibus deprædantibus simul op-  
pidum. Vide verb. Pugna, num. 32. Quan-  
tum & quibus restituendum sit pro omis-  
sione Horarum Canonic. Vide verb. Ho-  
ra Canonica sub quo onere recitanda.

30. Circa modum, potens restituere Restitutio ab  
totum simul, & restituere volens per eo, qui potest,  
partes, invito creditore, ob aliquod emo- debet fieri to-  
lumentum sibi proveniens, qui alias vel ta simul sta-  
nu iquam restitueret, vel non ita utiliter, tim.  
secundum Navarrum cap. 17. num. 65. ab-  
solvi potest. Secundum Salonium in 2.2.  
9.92. art. 8. & alios, non potest, quia per  
colementum in retentionem iniquam il-  
lius residui, perseverat in peccato, part. 3.  
tract. 6. resol. 5.

31. In restituendo per alium magna Etsi fiat per  
diligentia adhiberi debet; nam si debi- tertium ma-  
tor ex delicto committat restitucionem gnacauela  
Confessario, hoc non restituente, lecum adhiberi de-  
dum Sylvium in 2.2. cit. artic. 6. quest. 9. bet.  
non liberatur ab onere; quia, ut probat  
Rebell. part. 1. lib. 2. quest. 13. sect. 3. credi-  
tor non debet dampnum pati ob debito-  
ris delictum. Sed probabilem censem  
contrariam opinionem Cenedi de paup.  
dub. 34. num. 8. + quam tenet novissime  
Ghilinus verb. Restitutio, num. 14. & pro-  
babilem

Hhhh 3

Præsertim  
casuali.

babilem censet Trullench *in decal. tom.*  
2. lib. 7. cap. 15. dub. 11. numer. 11. quia  
fur nou tenetur restituere cum infamia,  
per maiorem diligentiam adhibere  
potest. quam restituendo per Confessariū;  
in quem propterā modum credi-  
tor irrationaliter non consentiret.  
part. 2. tr. 17. ref. 2. & part. 10. tr. 16. ref. 97.  
§. Ad doctrinam. Qua meliori via restitue-  
re possit testator. Vide verb. *Testator*, n. 6.

*Et si quis po-  
test per se-  
ipsum &  
vult resti-  
tuere per te-  
flamentum,  
post mortem,  
non est ab-  
solvens.*

*Tam de re  
alterius qua  
de fama.*

31. Verū, ut dictum est, circa Tem-  
pus restituendum est, cum obligatus  
primum potest. Et moribundus, qui po-  
test statim restituere, & vult restitui-  
nem committere hæredibus, non est ab-  
solvendus. Tum quia talis voluntas est  
conditionalis, scilicet restituendi, si mori-  
bitur. Tum etiam, quia hæredes testato-  
ris voluntatem implere in his sèpè non  
curant: & quandoque etiam non pos-  
sunt, obveniente alii hæreditate, quam  
nominatis, vel suscitatis litibus, &c.  
Et idem dicendum de restitutione fa-  
mæ; nec absolvendum esse sanum, qui  
cum statim possit, vult illam diffondere; aut  
moribundus, qui cum possit per se, vult  
post mortem per Confessarium, nam  
neuter est benè dispositus. Et hæc est  
doctrina communis, ex qua refellenda  
omnino est opinio Poza *in pract. benè  
mor. in proœm. mand. 8. post §. 6. part. 5. tr. 3.  
refol. 104.*

33. Si quis alienam gemmam abiiceret  
potans eam valere 100. aureos, cum  
valeat 1000. putat Card. Lugo restituendos 1000. Pontius tamen in cursu Theo-  
logico disp. 52. q. 2. concl. 2. id negat, quia ex  
culpa levi gravis obligatio nasceretur,  
ut patet in eo, qui abiiceret gemmam  
100. aureorum, quam putaret esse tri-  
boarem, quod videtur absurdum, p. 11.  
tr. 2. ref. 34.

34. Probabilis est, cum non teneria  
restitucionem damni temporalis, quod  
passum est monasterium, qui seduxit  
professum, siue vi aut fraude, illi egrer-  
sum suadens ob communitatem aliquam  
secularis vita, p. 11. tractat. 3. ref. 22.

Sotus, Navarrus, Wigers  
& alii.

### R E V S *Delinquens, Captivus.*

1. In quibus delictis reus pertineat ad *Reus*.

Judicem Ecclesiasticum, in quibus  
ad laicum, in quibus ad utrumque, in  
quibus gaudeat immunitate loci sacri,  
in quibus pertineat ad Inquisidores, di-  
ctum est sub VV. Index, Crimina miseri-  
or, Immunitas Ecclesiarum, Inquisitorum  
iurisdictio in qua delicta.

2. Alienigena delinquens in territo- Puniri potest  
rio Episcopi extranei, evadite eius subdi- à indice ter-  
rus, potestque ab illo excommunicari, ritorii, in  
dum manet in sua diœcesi, vel etiam quo deligit,  
in propria, si post citationem discessit,  
vel in ea citetur postea à proprio. Epis-  
copo ad requisitionem alterius (quod  
facere debere, notant Doctores in cap.  
fin. de foro comp. & ex Neotericis Hurtad:  
de cens. disputat. 6. dub. 2. quast. 3.) & non  
respondeat. (An autem communicari Etiam per  
proprio vide verb. *Censura*, numer. 7. &  
an citari, vide verb. *Episcopi*, num. 50.) Notabile.  
Adverte autem hic quod excommuni-  
catio Episcopi per sententiam genera-  
lem non ligat, nisi eos, qui sunt eius sub-  
diti ratione persona & domicilii, mini-  
mè verò eos, qui per transitum in sua  
diœcesi reperiuntur, vel nondum domi-  
ciliū acquisierunt, & sententia refe-  
renda est ad tempus, quo pronuncia-  
tur: quin si feratur excommunicatio in  
non revelante tale furtum, hæc excom-  
municatio non ligabit, nisi eos, qui  
tempore talis sententiae erunt sub-  
diti ratione domicilii ipsius Episcopi,  
& scientes non revelabunt: minimè  
verò extraneum, si post datam senten-  
tiā in diœcēsim perveniret, vel tem-  
pore sententiæ nondum acquisierat do-  
miciolum, ut probabiliter docuit Abla  
part. 2. cap. 3. disputat. 2. dub. 3. concl. 2.  
contra Hurtad. ubi supr. num. 39. part. 5.  
tr. 9. refol. 36.

3. Legatus Principis grave delictum etiam in Le-  
committens in territorio legationis, gatis  
evadit

*Et procedit*